

temporalem, est sanctissima & innocen-  
tissima mors Christi Jesu, per quam mor-  
tem vicit, destruxit, & exarmavit. Mortis  
autem vis & potentia consistit in conti-  
nuo metu, horrore, angustia & trepida-  
tione severissimi judicij Dei, unde anima  
sic affligitur, ut continua & lenta morte  
contabescat, & tamen ut immortalis, mor-  
te illos cruciatus nunquam finiat. Scilicet  
haec mortis vis, haec potentia, imo haec  
mors secunda & æterna est. Hanc mortem  
diabolus suis artificijs terribiliorem ad-  
*Im-*  
*periū*  
*mor-*  
*tis.* huc homini facit; vnde Heb. 2. dicitur *ha-*  
*bere mortis imperium*, hoc est, conscientias  
angere, cruciare & torquere metu & pa-  
vore infernali. Quemadmodum David  
conqueritur sibi contigisse Psal. 55. Timor  
¶ tremor venerunt super me, ¶ contexerunt  
me tenebrae. Itē Ps. 18. Circūdederunt me do-  
lores mortis, ¶ torrentes iniquitatis cōturba-  
bārunt me. Dolores inferni circumdederunt  
me, p̄æoccupaverunt me laquei mortis. Atq;  
hanc mortis vim & potentiam mortis Chri-  
stus ademit, cōvertens ipsam in placidif-  
fimum somnum, in trāquillum abitū, &  
*Ani-*  
*tran-*  
*quil*  
*itas* deniq; in beatā animæ corporisq; quie-  
tem. Vbi enim animæ bene est, ibi corpus  
placide dormit; sic ut animæ pax & trā-  
quillitas corpori quietem & somnum le-